Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Synonyma Ciceronis - Cod. Ettenheim-Münster 40

Cicero, Marcus Tullius

[S.l.], 1506

Alhoranus

urn:nbn:de:bsz:31-108148

Visual Library

Horatius

Nec retinent patule commissa fideliter aures
Et semel emissum uolat irreuocabile verbum

Tu quamcumque deus tibi fortunauerit horam
Grata manu nec dulcia differ in annum — sume — Omnis ...

Virtus fama decus diuina humanaque pulchris
Diuitiis parent / quas qui construxerit ille
Clarus erit fortis iustus sapiens etiam rex — Et quicquid volet

Non domus aut fundus non eris aceruus et auri
Egroto domini deduxit corpore febres / Quor animus ...

Quid de quoque viro et cui dicas sepe videto
Percunctatorem fugito nam garrulus idem est — Dn epi:

Non audet nisi qui didicit dare quod medicorum est
Promittunt medici tractant fabrilia fabri

Tu recte viuis si curas esse quod audis
Sed vereor ne cui de te plus quam tibi credas
Oderunt peccare boni virtutis amore
Oderunt peccare mali formidine poene

Non animo curas valeat possessor oportet
Si comportatis bene rebus cogitat uti

Quo semel est imbuta recens seruabit odorem. Testa diu:

Sperne voluptates nocet empta dolore voluptas

Semper auarus eget certum voto pete finem
Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis
In sat: Cur in amicorum vicijs tam cernis acutum
Reddere qui voces iam scit puer et pede certo
Signat humum: gestit paribus colludere et iram
Colligit: et ponit temere et mutatur in horas
Imberbis iuuenis tandem custode remoto
In ar: poe: Gaudet equis canibusque et aprici gramine campi
Cereus in vicium flecti monitoribus asper
Vtilium tardus prouisor: prodigus eris
Sublimis cupidusque: et amata relinquere pernix

Qui studet optatam cursu contingere metam
Multa tulit fecitque puer: sudauit et alsit
Ibid Abstinuit venere et bacho qui pythia cantat
Tibicen didicit prius extimuitque magistrum
Et male tornatos incudi reddere versus

Vir bonus et prudens versus reprehendit inertes
Culpabit duros: incomptis allinet atrum
Transuerso calamo signum: ambitiosa recidet
Ornamenta parum claris lucem dare coget
Arguet ambigue dictum: mutanda notabit

Est modus in rebus sunt certi denique fines
In ser Quos vltra citraque nequit consistere rectum

Virtus est vitium fugere: et sapientia prima
Stultitia caruisse
Nil conscire sibi: nulla pallescere culpa
Est quoddam prodire tenus: si non datur ultra
Quid non ebrietas designat: operta recludit — In epi:
Spes iubet esse ratas: ad prelia trudit inermem
Sollicitis animis onus eripit ac docet artes
Pauper enim non est: cui rerum suppetit usus
Si ventri bene: si lateri est: pedibusque tuis nil
Divicie poterunt regales addere maius
Nec lusisse pudet: sed non incidere ludum
Vivitur parvo bene: cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum — In 2o car:
Nec leves somnos timor aut cupido
Sordidus aufert
Oderunt hilarem tristes tristemque iocosi
Sedatum celeres / agilem gnavumque remissi
Potores bibuli media de nocte falerni
Oderunt porrecta negantem pocula: quamvis
Nocturnos iures te formidare tepores
Deme supercilio nubem: plerumque modestus — In epi:
Occupat obscuri speciem: taciturnus acerbi
Inter cuncta leges et percontabere doctos
Qua racione queas te adducere leniter evum
Dimidium facti qui cepit habet

Fingit equum tenera docilem cervice magister
Ire via quam monstrat eques venaticus ex quo
Tempore cervinam pellem latravit in aula
Militat in silvis catulus

Fecundi calices quem non fecere disertum
Felix quem faciunt aliena pericula cautum
In epi: Nemo adeo ferus est ut non mitescere possit
Nos numerus sumus et fruges consumere nati

Parvum parva decent mihi iam non regia Roma
Sed vacuum Tibur placet

Tunc tua res agitur paries dum proximus ardet
In ser: Neglectis urenda filix innascitur agris

Ludus enim genuit trepidum certamen et iram
In epi: Ira truces inimicitias et funebre bellum

At simul assis
Miscueris elixa simul conchilia turdis
Dulcia se in bilem vertent stomachoque tumultum

Lenta feret pituita
Omnia de nobis anni praedantur euntes
Eripuere iocos venerem convivia ludum

Sollicitis animis onus eximit et docet artes
In epi: Contracta quem non in paupertate solutum

Rara quippe boni numero vix sunt totidem quot
Thebarum portae vel divitis ostia Nili

Si tantus passi posset totusque silere
Plus dapibus et risore nimius mundusque teneret

Multa senem circumveniunt incommoda vel quod
Quaerit et inventis miser abstinet ac timet uti
Dilator spe longus iners avidusque futuri
Difficilis querulus laudator temporis acti
Se puero censor castigatorque minorum

Hora de arte

Qui vici prosunt aut horrea si metat orcus
Grandia cum parvis non exorabilis auro

Saltibus adiecti lucrum · si metit orcus

Cur eget indignus quisque te divite quare
Templa ruunt antiqua deum cur improbe care
Non aliquid patrie tanto emetiris acervo
Vivere nature si convenienter oportet
Novistine locum potiorem rure beato

Qui coram probat absentem qui rodit amicum
Qui non defendit alio culpante · solutos
Qui captat risus hominum famamque dicacis
Fingere qui non visa potest commissa tacere
Qui nequit hic niger est hunc tu romane caveto

Horacius in Arte poe·

Pictoribus atque poetis
Quidlibet audendi semper fuit equa potestas

Scimus et hanc veniam petimusque damusque vicissim
Serpit humi tutus nimium timidusque procelle
Non satis est pulchra esse poemata dulcia sunto
Et quocumque volent animum auditoris agunto
Tristia mestum
Vultum verba decent iratum plena minarum
Ludentem lasciva severum seria dictu
Multa ferunt anni venientes commoda secum
Multa recedentes adimunt
Segnius irritant animos demissa per aurem
Quam que sunt oculis subiecta fidelibus
Aut prodesse volunt aut delectare poete
Aut simul et iucunda et idonea dicere vite
Quicquid precipies esto brevis ut cito dicta
Percipiant animi dociles teneantque fideles
Omne supervacuum pleno de pectore manat
Ficta voluptatis causa sint proxima veris
Nec semper feriet quodcumque minabitur arcus
Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci
Lectorem delectando pariterque monendo
Ludere qui nescit campestribus abstinet armis
Indoctusque pile disci trochive quiescit

Ne spisse risum tollant impune corone
Tu nihil invita facies dicesque minerva
Reges dicuntur multis urgere cullullis i. calicibus
Et torquere mero quem perspexisse laborant
Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes

De primo Epistolarum Horatii

Quod satis est cui contingit nil amplius optet
Non domus et fundus non eris acervus et auri
Egroto domini deduxit corpore febres
Que ledunt oculos festinas demere. si quod
Est animum differs curandi tempus in annum
Dimidium facti qui cepit habet sapere aude
Incipe vivendi qui recte prorogat annum
Ad summa sapiens uno minor est Iove dives
Liber honoratus pulcher rex denique regum
Precipue sanus nisi cum pituita molesta est
Multis occulto crescit res foenore verum
Sto aliis alios rebus studiisque teneri
Ne cures ea que stulte miraris et optas
Discere et audire et meliori credere non vis
Impiger extremos curris mercator ad Indos
Per mare pauperiem fugiens per saxa per ignes
~~Virtus est vitiu~~

j p° folio Nemo adeo ferus est vt non mitescere possit
Si modo culture paciente commodet aure
Non possis oculo quantum contendere lincees
Non tamen iccirco contemnas lippus inungi
Et quia desperes inuicti membra gliconis
Nodosa corpus nolis prohibere ciragra
Nullius addictus iurare in verba magistri
Quo me cumque rapit tempestas deferor hospes
Ex terno e pistol Vrit enim fulgore suo qui pregrauat artes
Infra se positas extinctus amabitur idem
Si meliora dies Vt vina poemata reddit
Scire velim chartis precium quotus arroget annus
Miraturque nihil nisi quod Libitina sacrauit
Quod cupide petiit mature plena reliquit
Quid placet aut odio est quod non mutabile credas
Nauem agere ignarus nauis timet abrotanum egro
Non audet nisi qui didicit dare quod medicorum est
j p° fo Promittunt medici tractant fabrilia fabri
Scribimus indocti doctique poemata passim
Os tenerum pueri balbumque poeta figurat
Torquet ab obscenis iam nunc sermonibus aurem
Mox eciam pectus preceptis format amicis

Asperitatis et invidie corrector et ire
Carmine dii superi placantur carmine manes
Multa fidem promissa levant ubi plenius equo
Laudat venales qui vult extrudere merces
Singula de nobis anni predantur euntes
Eripuere iocos venerem convivia ludum
Denique non omnes eadem mirantur amantque
Scriptorum chorus omnis amat nemus et fugit urbem
Rite cliens bacchi somno gaudentis et umbra
Ridentur mala qui componunt carmina verum
Nimirum sapere est abiectis utile nugis
Et tempestivum pueris concedere ludum
Ac non verba sequi fidibus modulanda latinis
Sed vere numerosque modosque ediscere vite
Sic quia perpetuus nulli datur usus et heres
Heredem alterius velut unda supervenit undam

Ex primo sermonum

Qui fit Mecenas ut nemo quam sibi sortem
Seu ratio dederit seu fors obiecerit illa
Contentus vivat laudat diversa sequentes
Agricolam laudat iuris legumque peritus

Ille dans valido qui rure contractus in urbe
Solos felices viventes clamat in urbe
Parvula nam exemplo est magni formica laboris
Ore trahit quodcumque potest atque addit acervo
Quem struit haud ignara ac non incauta futuri
At bona pars hominum decepta cupidine falso
Nil satis est inquit quia tanti quantum habeas sis
Congestis undique saccis
Indormis inhians et tanquam parcere sacris
Cogeris aut pictis tanquam gaudere tabellis
Nescis quo valeat nummus quem prebeat usum
Dum vitant stulti vitia in contraria currunt
Nam simul ac venas inflavit tetra libido
Hic iuvenes equum est descendere
Permolere uxores
Desine matronas sectarier unde laboris
Plus haurire mali est quam ex re decerpere fructus
Omnibus hoc vitium est cantoribus inter amicos
Ut nunquam inducant animum cantare rogati
Iniussi nunquam desistant
Stultus et improbus hic amor est dignusque notari
Nec res et iungit iunctos et servat amicos